



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

Cap. I. S. Henrici ad Imperium electio & inuectio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**



COMMENTARIUS  
DE VITA ET REBUS GESTIS  
S. HENRICI IMPERATORIS.

CAPVT I.

*S. Henrici ad Imperium electio &  
euectio.*

*Mors Othonis  
III. Imp.*

*Henrici in  
Imp. electio.*

*Pietas & eru-  
ditio Henrici.*



ANNO ab incarnatione Domini Millesimo primo: ab vrbe autem condita millesimo septingentesimo quinquagesimo secundo: Ottone puero Romæ defuncto vacante regni solio: Cum de principe subrogando ageretur: omnium vota, nutu diuino, ad eum inclinantur, qui tunc in regno habebatur potissimus. Fuit namque per idem tempus Dux Bauariorum Henricus tam bonitate quam nobilitate regia conspicuus, & vniuersa morum honestate præclarus. Hic initium sapientiæ timorem Domini pleniter sequutus est: qui erat omni literarum studio principaliter imbutus, totus sanè fide & actu Catholicus. Hic ergo ab omnibus pari voto & communi consensu accersitur, diuina utique disponente clementia: ut per temporalis regni fastigium, ad culmen cælesti regni pertingeret. Terrena enim bona omnia, sicut vsu malo alios à salute præpediunt: ita alios vsu bono ad salutem promouent.

CAPVT